



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Christina Virg. M. 24. Iulii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

IVL. 24. I V L. Vita Sanctorum. 401
item VI. semper plagas animi nuda-
ret, corpusculum ardenti cerâ perfun-
deret, herbas ore manderet amarissi-
mas gustui, sed quas medicus Amor
condivit. Viro nupta vitam egit tam
sanctam, ut obstetricantem è cœlo
manum commodare VIRGO pa-
cienti non dubitarit. Ipsa Matris offi-
cio tum se funeram putavit, cum DEO
prolem transcripsisset. Filium certè, cui
lacrimis cælum emollierat, ipse DEVS
filium lacrimarum vocavit. Iam quo-
ties illam loqui homini contigit gra-
viori labe asperso, oberrare ipsam na-
ribus Mephitim credidit, adeò male
olentes animas scelerati trahitis ! A
morte conjugis novas religiosè viven-
di leges viris virginibusque scripsit,
quas ipse Legislator C H R I S T V S
illi dictavit, cui etiam præsenti, Anno
suprà M. C C C. L X X I I I. animam
reddidit. Mortem illius orbis ideo
minus tunc agrè tulit, quod vivere
etiam mortuam in filiâ Catharinâ cre-
deret. Ex Surio.

S. CHRISTINA VIRG. M.

24. Iulii.

Dicite, quotquot Musas colitis, quid
Virginè felicius, si Doctorem ha-
bere Angelum meretur ? Certè Virgo
C H R I S T I N A habuit, & Christia-
næ doctrinæ rudimenta cum edisceret,

C c s ab

ab ore Angeli pependit, Nempe sic ipius
Diis quoque (quos argenteos aureosq;
parens habebat) recte uti didicit, quan-
do fractos in frusta pauperibus jussit
cedere, docuitq; hos ipsos recte deniq;
mortalibus propitios esse: jam parentis
furorem ut fortiter exceptit? A lapz, vin-
eula, unci, rotz, flammz velitationis
speciem præbuere. Et in hâc ipsâ cùm
truncas corporis partes in vultum (ho-
stis dicam an parentis?) projiceret, an
non invito extorquere verecundiam
potuit? Angeli deinde manu persanata
an non iterum provocare hostem? Sed
totâ ecce acie mors occurrit: in lacum
Vulfinum præceps agitur, molari collo
appenso. Vincit videlicet mari etiam
virtus, & gaudet C H R I S T I N A à
Christo toto lacu nunc baptizari, qua
omni sanguine nuper. Quid quod in-
columis enat, parens morte infelici
stygiis undis mergitur? Quid ages, qui
in officio pariter & odiis succidis Dion?
quid Julianæ? oleum iterum ardens af-
fundis? cum operâ perdis, picem inge-
ris? Christo adhæret, fornacem paras?
iterum cantus inter flamas audis, ser-
pentes cogis? jam stygios vicit. Vbera
refecas? non eget his Virgo. Sagittis
denique petis? pennas addis in cœlum
volanti. Si nescis, illa tibi, illi meta cœ-
lum est. Ex Mart. Rom. Adone & Petr.
de Natal.

S.CHR.I-